

ibidem in suis terminis solvendas pro quindecim sexagenis²⁾ grossorum, prout haec in litteris et privilegiis proconsulis et consulum praetactorum plenius conspeximus contineri, iusto tamen et legali redemptionis titulo comparatas pro anniversario praelibatorum fundatorum omniumque fidelium animarum salute singulis annis die dominico post octavas Epiphaniae³⁾ domini de vespere cum vigiliis novem lectionum et altera die cum missis pro defunctis per plebanum suosque cappellanos ac singulos altaristas ibidem in Dreßdin existentes⁴⁾ et magistrum⁵⁾ scholae cum suis scolaribus solempniter inantea peragendo nobis obtulit cum supplicatione humili atque devota, quatenus census et redditus praenarratos paterno affectu gratanter suscipere, commutationem quoque praedictam approbare eosdemque census pro anniversario sic ut praemittitur peragendo dicto altari addere unire appropriare et confirmare auctoritate nostra ordinaria et diocesana gratiosius dignaremur. Nos igitur Caspar episcopus — census — memoratos dicto altari addimus unimus appropriamus incorporamus et pro antefato anniversario peragendo confirmamus etc. Invasores et distractores etc. Statuimus etiam et ordinamus, quod ipsius altaris rector sive minister pro tempore existens anniversarium praetactum sicut praemissum est disponere et pro expeditione eiusdem plebano cum suis cappellanis duodecim, rectori scholae pro eo quod cum suis scolaribus vigiliis et missam decantent octo, campanatori sex et ipsius famulo unum, ut pulsus⁶⁾ pro missis et vigiliis consuetos praemittant, ac vitricis ecclesiae pro luminaribus ministrandis quatuor ac cuilibet altaristarum missis et vigiliis interessentium unum grossos post finem missae dare et absque contradictione distribuere tenebitur et pagare —. Nulli ergo omino hominum etc. Siquis autem etc. Datum in castro nostro episcopali Stolpin anno domini millesimo quadringentesimo⁷⁾ quinquagesimo secundo die vicesima mensis Augusti maiori nostro sub sigillo in fidem et testimonium omnium praemissorum praesentibus subappenso.

Nach dem Orig. im Rathsarchiv zu Dresden mit dem Siegel des Bischofs an einem Pergamentstreifen.

2) Orig. sexagenas. 3) Orig. Epiphaniae. 4) Orig. existentibus. 5) Orig. magistro. 6) Orig. pulsos. 7) Orig. quadringentesimo.

No. 254. 1452. 5. Sept.

Kurf. Friedrich II. verwendet sich bei dem Schneiderhandwerk zu Dresden für den Schneider Blasius, welcher daselbst das Meisterrecht gewonnen hat, aber an der Ausübung desselben behindert wird, weil er, entgegen der Forderung des Handwerks, z. Z. ablehnt sich zu verehelichen.

Friderich von gots gnaden herczog zcu Sachsen, des heiligen Romischen richs erczmarschalck, landgrafe in Doringen vnd margraf zu Missen.

Liben getruwen. Vor vns had bracht Blasius snyder, wie das er uwer handwergk mit uch gewonnen habe in meynung, ym des zcu gunnen vnd glich eym andern meister zcutriben, des ir ym nu wegert vnd nicht meynt zcugestaten, dorumb das er nicht eyn wyeb habe, vnd wollet yn dorczu dringen, er solle sich vorandern vnd eelichen bewieben, das ym danne noch nicht bequem sey, vnd hat vns gebeten, yn gein uch zcu uorschriben. Als begern wir von uch mit ganzem flisse, das ir dem gnanten Blasius snyder zcugebet, uwer handwerck als eyn ander meister zcutriben in vnser stat bie uch, vnd yn vnser hiran genissen laßet. Doran tut ir vns zcu